

Wd
1062



h. 6




h. 69,35



PIETATIS OFFICIUM
 CONGRATVLATIONE DEMISSISSIMA
 DE
 NATALI AVSPICATISSIMO
 SERENISSIMI CELSISSIMIQVE PRINCIPIS
 AC DOMINI
FRIDERICI III
 DVVIS SAXONIAE, MARCHIONIS MISNIAE
 REL.
 PATRIS PATRIAE CLEMENTISSIMI
 IN GYMNASIO GOTHANO
 D. XXVIII. APRIL. A. CIOCCCLXII.
 PVBLICE PRAESTANDVM
 INDICIT
IO. HENR. STVSS
 GYMN. RECT.

GOTHAE LITTERIS REYHERIANIS.



Diuinitus iterum datum est
SERENISSIMO CELSISSIMOQVE
FRIDERICO III.

GOTHANO ATQVE ALTENBURGENSI
SAXONVM DVCI,

PATRI PATRIAE OPTIMO,
superato annorum septies noueno climactere,

saluo et incolumi

sua in sede Irenopetraea,
interque caritates et delicias suas
excelse florentes,

pie religioseque celebrare

natalem exoptatissimum:

idque

plaudente et congratulante Aula splendidissima,

gestiente omni populo subiecto,

hymnorum concentu personantibus

templis ac scholis,

summae etiam dignationis atque humanitatis

hospitibus

in partem laetitiae publicae venientibus.

Hinc

ciues Gothani atque Altenburgenses

sua bona noscentes,

quibus in hisce nondum pacatorum temporum difficultatibus

salus atque incolumitas praesentis,

tamque sapientis, tam boni, tam suorum amantis

PRINCIPIS

magno est solatio,

non possunt non summo Numini

gratias toto pectore agere demissas
pro tanto tamque singulari beneficio,
proque eo quam diutissime perpetuando
ad eundem omnis boni largitorem
vota fundere ardentissima.

Tale vero pietatis officium
cum praestare etiam debeat,
et lubentissime praestet

Gothana bonae mentis et optimarum artium officina,
Martia hacce tempestate

Musas hinc inde turbante atque dissipante,
simulque genio saeculi nimis delicati,
publicae institutionis commoda adspersantis,
et antiquam Principumque sapientissimorum

auctoritate sancitam disciplinam,
Spartanae παιδαγωγίας aemulam,
magis magisque auersantis,
nec non aliis minus prosperis συγκυρίαις
valde extenuata,

iam quidem e reliquo alumnorum classis selectae manipulo
non nisi vnus,

isque a docili solertia, probitate, modestia,
et sedulitate perquam feliciter in studiis progressa
quam maxime commendandus iuuenis,
nempe

IOANNES PAVLVS BRACKIUS,

Einsdorfio - Ifenacensis,
in medium prodibit,

et, praeuio concentu musico,
recitandae orationi Latinae,

AK 97d 1062

VD
18

fuo Marte concinnatae,
de praecipuis regum principumque
officiis ac virtutibus
congratulationem demississimam
de auspiciatissimo illo natali dominico,
precesque
pro eiusdem creberrima atque laetissima iteratione
religiosas
deuotissimae docentium atque discentium pietatis
interpres, hoc ipso nomine fauorabilis,
subiunget.

Iam si vel honori
PRINCIPI CELSISSIMI
vel et excitandae humili scholae cohorti
hoc dare,

et panegyri huic sollempni
gratiosam, quam demisse expetimus,
neque mora longa grauem futuram
praesentiam
benigne indulgere haud dedignati fuerint
PERILLVSTRES QVIDAM MAECENATES,
EPHORI GYMNASII VENERANDI,
ALIIQVE SPECTATISSIMI MVSARUM PATRONI,
FAVTORES, CVLTORESQVE,
erit quod gaudeat sibi gratuletur
Musis, publica cura nondum plane destitutis,
in publicae sacrae atque ciuili rei vsum
suis cum ducibus atque magistris
rite operata inuentus.

P. P. D. XXVIII. APR. A. CIOICCLXII.

20



ULB Halle
007 417 217

3





